

quis aduersabitur? Qui quidem proprio filio
suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradi-
dit illum, An cum hoc non uniuersa nobis grati-
ficaturus esse uideatur? Hæ igitur caussæ sunt
et felicitatis et calamitatum, conuersio ad Deum
per fidem in Iesum Christum, et auersio à Deo
in impietate et pecatis, id est in uita quæ dega-
tur secundum cogitationes animi nostri et affe-
ctus carnis, quam Deus odit. Quidam iniqui ue-
ritati et patroni errorum atque expositores
mendaciorum, quid faciunt? Ne redeant uel i-
psi uel alij in uiam, duces sunt cæci cæcorum ad
interitum. Néue consiles ant unquam tumultus
ac tranquillentur tempestates reipublicæ, per-
gunt turbare porrò et addere flammis mate-
riam. Hi grauitatem mirificam simulantes et
elatis supercilijs, differunt miseriam omnem ho-
rum temporum de nouitate doctrinæ existere
atq; creari. Non ostendunt quæ sit nouitas illa,
sed uerbo odioso onerant studium eorum qui
diuinitus excitati, et paulo ante detegere erro-
res, et ueritatem demonstrare cœperunt. Sed
si nunc primum ita fieret ut laborarent respu-
blicæ, et cum præsentibus malis premerentur,
tum impendentibus trepidarent, fortasse pote-
rant isti conqueri de nouitate, ut aiunt, doctri-
næ. Nunc qui repetere animo uetera uoluerit,
is reperiet semper Deum, cum patienter tulis-
set annis pluribus facinora mala hominum, tan-
dem